



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

305. An Decretum Cardinalium editum contra Religiosos accedentes ad
loquendum cum Monialibus obliget ad peccatum mortale? Ex p. 1. t. 10. r.
22.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

sciens, aut scire debens, se iter illud sine equitatione perficere non possit: huic sicut necessitas non suffragatur; sic nec licentia hæc equitandi.

5. Nota, quod post hæc scripta inveni Sanctiorum in *Constit. Minorum, cap. 3. stat. 2.3.* docere, non esse ex vi Regulæ prohibitum Minoribus super humeros tamen hominum, ut apud Indos, vel lectica, aut ferulo ab hominibus gestari, ut fit Neapoli passim. Quatenus enim gestationem concernit, præcilio pretio, vel superbia, vel scandalo, contra Regulam esse non censet, quia loquendi modus hoc genus ventionis, equitationem non appellat. Nec soliosum præceptum, quod de iure non pertingit; extendere debemus. Idem etiam Sanctiorum docet abesse culpam mortalem, si aliquis ex Fratribus Minoribus iret in curru à bobus tracto; quia currus rigorose non est equitatio, etiam secundum communem loquendi formulam sumpus. Et Sanctus Bonaventura in citatis verbis, non ait bigare, & quadrigare esse contra Regulam ex vi huius præcepti, sed inquit, *Neque bigare, vel quadrigare, quia maioris sunt sumptus.* Cui & ipse subscribo; nam ubi expendenda sit pecunia; nobis non licet. At si gratis dicitur, rationem in contrarium non video. Tum quia honorificum non est, sed risu dignum, si Frater Minor curru, quo ligna, vel paleæ comportantur, vehatur, cum ab hominibus civilibus tales currus non ineanur. Tum quia nullum est pretium; Tum quia nobis non prohibetur quoquo modo ab alio vehi; nam in e Navi possimus; sed solam equitando ad excludendam superbiam, expensasque, ut declaravit Iulius II. citatus dicens: *Cum intentio Sancti Francisci fuisse credatur, potius pompam, quam equitandi necessitatem, & utilitatem excludere.* Hæc Sanctiorum; quæ videntur facere pro opinione Marchant, si bene perpendantur.

6. Et tandem nota hic obiter, quod ex Fratribus Minoribus eligi in Prælaturam, qui actualiter, & ante Officium equitatu indiget, non laudo; at tamen si in medio Prælaturæ equitare indigeret, non teneretur ex vi Regulæ dimittere Officium, ne equo uti coereretur. Et idem docent plures Authores, non teneri ad ieiunium, qui fatigatus ex voluntario, immo dampnabili exercitio, vel itinere, ieiunare non possit: quia talis labor præsens verè à ieiunio excusat; licet peccaminosa, & voluntaria sit laboris occasio. Ita senserunt Fillucius, tom. 2. tractat. 27. part. 2. cap. 6. numer. 123. Villalobos, tom. 1. tractat. 23. difficul. 4. num. 11. Ledesma in Sum. tom. 2. tractat. 27. concl. 6. cap. 2. difficul. 5. Medina in Sum. lib. 1. cap. 14. §. 10. Et de voluntaria peregrinatione excusante à ieiunio, affirmant Sylvius in 2. 2. D. Thoma, quest. 147. art. 4. Fernandez in Exam. Theol. Mor. par. 2. cap. 8. §. 2. numer. 11. Sanctius in Selectis, dispnt. 54. numer. 2. Ortiz in Sum. cap. 19. num. 12.

7. An vero Fratres Minores equitando peccent tantum venialiter, ratione parvitatatis materiæ? Inquit Leandrus ubi supra? Et affirmatiuè respondet; putans medium miliare esse parvitatem materiæ, ut non constituat peccatum mortale, quod ego etiam approbo. Sed ex hoc oritur polemum dubium, quod Leandrus non tangit. An si aliquis ex Fratribus Minoribus hodie v. g. equitet, vel quadriget medium miliare, & post paucos dies aliud medium miliare, an istæ parvæ materiæ postea inter se vniantur, ita ut constituent quantitatem notabilem ad inducendum peccatum mortale? Et videtur negativè respondendum; quia, si quis verbi gratia, omitteret vna die vnum Psalmum in recitatione Officij, & altera die alium,

& sic deinceps; non peccaret mortaliter: sic etiam, si quis in Quadragesima iumeret vna die quantitatem cibi, qui non attingeret vnam vnciam, & alia die hoc etiam efficeret; hic non peccaret mortaliter, nec frangeret ieiunium. Item si quis, obligatus dicere singulis diebus Rosarium, si relinqueret vnum Ave Maria, & sic continuè faceret; non frangeret votum. Et ratio horum est; quæ illæ parvæ materiæ non vniuntur, ita ut constituent quantitatem notabilem mortaliter peccaminosam. Ergo & in casu nostro, illæ parvæ equitationes, vel quadrigationes videntur non coalescere in vnam: ita ut postea, si ad quantitatem notabilem perveniant; inducant culpam lethalem. Sed his non obstantibus, contrarium dicendum videtur; quia illæ parvæ materiæ in exemplis alatis, versantur circa præcepta affixa diebus; & idè illis transactis, non possunt vni mortaliter ad constituendam quantitatem notabilem. Et idè si quis singulis Festis per quadrantem laboraret, non peccaret mortaliter, quia sicut Festa diversæ sunt, ita & labores sunt diversi, neque vnum cum alio continuatur, sed hoc non accidit in casu nostro, quia præceptum non equitandi datur in Regula absolute pro omni, & quocumque tempore; & idè parvæ materiæ in eius transgressione mortaliter coalescere possunt in vnum, & constituere quantitatem notabilem mortaliter peccaminosam, quando ad illam pervenitur: sicut accidit in parvis materiis circa transgressionem temperantiæ, & quoad furta parva circa transgressionem iustitiæ. Itaque peccata venialia, quæ ex parvitate materiæ talia sunt in ordine ad aliquem tertium, seu obiectum, vniuntur: & ita accretis eorum malitia ex multiplicatione, ut peccatum, quod alias veniale foret, mortale fiat ob peccata venialia; quæ iam facta supponit. Verum, si dictæ parvæ equitationes Fratrum Minorum efficerentur cum magno intervallo temporis inter ipsas; non videntur coalescere, & vni ad constituendum peccatum mortale: sicut plures graves Doctores à me alibi adducti sentiunt de furtis parvis; quia si magnum intervallum inter vnum & alterum furtum accidit; putant ea non coalescere in vnum ad constituendam quantitatem notabilem peccati mortalis. Sed hæc omnia dicta esse volo, saluo meliori iudicio Doctissimorum Patrum Minorum, & Patrum Capuccinorum; nam omnia dicta in hac Resolutione procedunt etiam quoad ipsos.

RESOL. CCCV.

An Decretum Cardinalium editum contra Religiosos accedentes ad colloquendum cum Monialibus obliget ad peccatum mortale? Ex parte 1. tractat. 16. Resolut. 21.

§. 1. **V**bi tale Decretum est in usu, obligate ad peccatum mortale, docet noster Duard. in Bull. Can. lib. 3. §. 8. question. 2. numer. 45. Bonacina tractat. de clausura, question. 3. punct. 4. numer. 4. Peirinus in privileg. Minor. tom. 2. concl. 6. p. 17. §. 10. numer. 36. & Salas in part. 2. dispnt. 15. sect. 1. concl. 2. numer. 16. ubi ait: [Decretum Cardinalium, editum contra Religiosos accedentes ad Monasteria Monialium, ubi est in usu obligat ad mortale; quia ponit penam privationis officij, vocisque activæ, & passivæ] Sed non desistere contrarium probabiliter sentientes:

Sup. hoc in tribus Refol. seqq. & infra in Ref. 314. breuiter in fine, & supra in Ref. 172. proprie finem, verè Ad exemplum, & in tom. 6. tr. 1. ex doctrinâ,

Ref. 45. §. De
aliis & in 10.
9. tr. 7. Ref.
109 §. An ve-
ro, ad mediū.

tientes: qui, propterea quod dictum Decretum sit lex
pœnalis ex probabili Doctorum sententia, asserant
non obligare culpam ad mortalem. Vnde illustrissimi
Domini Cardinales, vt tollerent omnem difficultatem,
declarant sub die 1. Iulij, 1606. si prædictum Decre-
tum obligare etiam ad peccatum mortale, quorum ver-
ba inuenies apud Duardum, *vbi supra*, n. 47. quæ ista
sunt: [Sacra Congregatio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinalium, negotiū Regularium præposita, censuit,
& declarauit, Regulares accedentes ad Monasteria
Monialium, contra formam Decreti, quo huiusmodi
accessus per Sacram Congregationem prohibetur, vlti-
ma pœnas priuationis officiorum, & vocis actiue, &
passiue, incurrere etiam pœnam peccati mortalis.] Ita
Sacra Congregatio.

RESOL. CCCVI.

An Regulares Accedentes ad Monasteria Monialium
contra formam Decreti Sacra Congregationis editi
Nouis Maij 1590. vltra pœnas impositas peccent
etiam mortaliter?

Et notatur, quod non incurritur peccatum neque pœna
propter aliqua verba causa vrbauitatis dicta, neque
si quis Religiosus declarat aliquem casum conscientie
Monialia alicuique ille, qui per interpositam per-
sonam loquitur cum Moniali. Ex p. 3. tr. 1. Ref. 104.

Dixit in Ref.
quæ hic est
antecedens, &
in aliis eius
not. & pro
causa vrbauitatis,
& explicacione
calus conscien-
tienti in hoc
textu infra in
Ref. 318. &
pro collo-
quentibus cum
Moniali per
interpositam
personam, in
tom. 5. tr. 1.
Ref. 48. §.
Nota secun-
do, ad me-
dium, & in
aliis eadem
notationum,
& in tom. 9.
tr. 7. Ref. 107.
§. vlt. ad me-
dium, &c.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè, vt dixi in *tr. de legibus*,
& ita declarauit ipsamet Congregatio die 1.
Iulij anno 1606. Notat tamen ex Coriolano Laurenti-
us de Peyrinis in *prin. Minimor. tom. 2. cons. 6. P. 7. V.*
§. 10. n. 36 quod non incurritur peccatum, neque pœna
prædicta propter aliqua verba causa vrbauitatis dic-
ta, quia parua materia excusat in quacumque mate-
ria à mortali, & in hoc boni viri iudicio standum erit.
Nec etiam incurritur, si quis Religiosus declarat ali-
quem casum conscientie Moniali alicui, cum talis lo-
cutio speciem habeat sermonis, & exhortationis. Ne-
que etiam incurrit ille, qui per interpositam personam
loquitur cum Moniali: cum odia sint restringenda. Et
hæc omnia docet Peirinus *vbi supra*.

RESOL. CCCVII.

An Regulares colloquentes cum Monialibus absque li-
centia peccent mortaliter?

Et cursum docetur, quod cessante sine legis in aliquo casu
particulari, cessat lex pro illo tunc, & pro illo casu.
Ex p. 10. tr. 13. & Misc. 3. Ref. 26.

Supr. hoc in
Ref. seq. & in
Ref. præteri-
ta, & in Ref.
1. post præ-
teritam, & in
aliis eius
not.

§. 1. **N**egatiuè respondet Vidal in *Arca Theologie*
Moralis sit. de Monialibus. Inquis. 2. n. 49.
vbi sic ait: Regulares exempti alloquentes Moniales
indifferenter sine expressa licentia etiam per longum
temporis intervallum mortiferè non peccant, dummo-
dò absint praua intentio, & probabile periculum pec-
cati. Ità Vidal, qui postea plures probationes adducit.
Et tandem, n. 83. hæc subiungit. Sciendum verò est,
posse nos probabiliter affirmare, accedentem ad Mo-
niales frequenter cum iusta, & rationabili causa, quam-
uis sine expressa licentia, & seclusis circumstantiis ex-
trinsicis malis, non incurrere Excommunicationem,
neque mortiferè peccare, licet in illo loco prohibeatur
per legem specialem sub excommunicationis pœna
accessus ad Monialium Monasteria sine Superioris ex-
pressa licentia. Ratio est clara; tum quia in hoc
casu sufficit licentia tacita, aut interpretatiua, vel præ-
sumpta Superioris; qui rationabiliter esse non potest
inuitus saltem quoad rei substantiam, & subditus ra-

tionabiliter præsumit, & iudicat Superiorem hinc
nunc concessurum talem licentiam, si petatur &
etiam si sciret causam; at de facto non petitur ex alio
quo iusto respectu humano: tum etiam, quia, vt alibi
diximus, cessante sine legis, vel in particulari, vel in
generalis, cessat etiam ipsa lex in totum, vel in par-
tem; ratio enim legis plus debet attendi, quam ipsa
lex, *cap. Cum cessante de appellat.* Vnde lex fundatur in
præsumptione, non obligat coram Deo in illis casibus
in quibus præsumptio deficit; cum ergo lex prohibens
accessum ad Moniales sine legitima Superioris licen-
tia, fundetur in præsumptione probabilis periculi ven-
teæ tentationis, aut alterius grauis peccati, sequitur
cessante hoc sine in particulari, cessare etiam legis
obligationem stando in foro conscientie pro illo
tunc, & pro illo casu: ergo. Hæc omnia Pater Vidal, &
ante illum Bordonus in *Consil. Regular. tom. 1. p. 101. 7. n.*
81. & nouissime Delbene, de *Inimicit. Eccles. tom. 1.*
cap. 14. dub. 5. sect. 2. num. 1. cum seqq.

2. Sed affirmatiua sententia ego ad hæc, & qui-
dem in re tam graui, ex cuius transgressione Regu-
lares exempti subduntur alteri iurisdictioni videlicet
Ordinarij, & quæ prohibetur sub pœna priuationis
vocis actiue, & passiue, difficile mihi videtur non ad-
esse peccatum mortale, vt aperte declarat Sacra
Congregatio, & docet me citato Tamburinus, de *seru.*
Abbatissarum. disp. 25. q. 5. n. 1. & me citato Pellizzari-
us, de *Monialibus. c. 5. sect. 5. n. 200.* Idem docet Na-
uarius in *Summa Bullarum. tom. 1. verb. Clausura. c. 2.*
cessu Regularium. n. 3. Squillante de *Prinil. Episcop. par.*
1. c. 13. n. 56. Peyrinus in *Prinil. Minimor. tom. 2. con-*
sil. 7. P. 7. V. n. 3. Coriolanus de *Casib. refer. part. 2. ca-*
su. 3. n. 29. Merolla *tom. 1. disp. 1. cap. 2. diff. 7. n. 61.*
Lezana in *Summa. tom. 4. verb. Moniales. n. 20.* qui
citat Naldum, & Bonacinum. Vndè, me consulente, se-
uerè puniant Episcopi Regulares cum monialibus
colloquentes, vt saltem alij timore pœnæ, abstinere
deducere in praxim opinionem Patris Vidal, & alio-
rum, quam ego, pro vtroque foro, ex Oraculo Sacrae
Congregationis, & communi Doctorum sententia,
minimè admittendam esse existimo.

RESOL. CCCVIII.

An Regulares colloquendo cum Monialibus absque li-
centia peccent mortaliter?

Et in consequentia huius questionis alia curiosa addu-
cuntur, sed iam omnes alibi late apposite sunt in suis
proprijs tomis, tractatibus & Resolutionibus au-
thentice annotationum.

Et tandem queritur, an quando Regulares loquentes
cum auctoritatibus, vel alijs Monialibus ex officio
interessentibus ad colloquium faciendum de licentia
Superioris cũ vna Moniali determinata peccent mor-
taliter? Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. Ref. 54. alij 54.

§. 1. **N**egatiuè respondet Pater Vidal in *Arca Theologie*
Theol. Mor. sit. de Monialibus. Inquis. 2. n. 49.
vbi sic ait: Regulares exempti alloquentes Moni-
ales indifferentes sine expressa licentia, etiam per lon-
gum temporis intervallum, mortiferè non peccant,
dummodo absint praua intentio, & probabile pericu-
lum peccati. Ità ille, qui citat Bordonum. Probat hæc
sententiam præcipuè ex tribus rationibus: Primò, quia
Decretum Sixti V. non est vlti receptum; Secundò,
quia huius Decreti prohibitio fundatur solum in præ-
sumptione scandali luis verbis *Ad occurrendum scanda-*
lis quæ contingere solent. At locutio cum Moniali cri-
de re indifferenti, vel ob honestam animi recreatio-
nem non est secundum se scandalosa, vt patet: ergo in
isto casu, & similibus prædictum Decretum saltem in
foro